

Compte rendu des séances des États du Brabant

de 1648 à 1682

par Libert de Pape, abbé du Parc, membre des Etats

Il faut d'abord se rendre compte qu'il y avait le *Conseil du Brabant*, les *Etats généraux* et les *Etats du Brabant*.

Les Etats généraux, réunion de tous les Etats provinciaux, fonctionnèrent surtout depuis Philippe-le-Bon ; ils s'assemblèrent rarement.

Les Etats du Brabant comprenaient trois ordres : le Clergé, la Noblesse, les Villes.

Dans l'ordre du Clergé ou premier Etat, siégeaient les Prélats des grandes abbayes, grandes d'après la superficie de leurs domaines. Il convient de noter que les évêques n'y venaient pas comme tels, car en Brabant il n'y avait pas d'évêché avant 1560. — Si plus tard nous voyons siéger les évêques de Malines et d'Anvers, le premier s'y trouve comme abbé-commendataire d'Afflighem, le second, comme détenteur d'une partie des biens de S. Bernard-sur-l'Escaut : les évêques n'y sont reconnus qu'en cette qualité, quoique la présidence soit reconnue à l'évêque de Malines.

Voici quelques notes au sujet des Etats provinciaux : tout d'abord, ils constituaient une puissance intermédiaire entre le prince et ses sujets ; puissance qui ne gouvernait pas, mais qui empêchait qu'on ne gouvernât tyranniquement au nom du prince ¹⁾.

Les Etats provinciaux avaient seuls le droit constitutionnel de reconnaître le souverain, de recevoir son serment relatif au maintien des privilèges et usages de la province et de lui faire le serment de fidélité au nom de ses sujets.

¹⁾ POULLET, *Histoire politique nationale*, t. II, n. 588.

Leur consentement était nécessaire pour que le prince pût démembrer son domaine ou en aliéner des portions : seuls les Etats de Brabant gardèrent ce privilège jusqu'à la fin de l'ancien régime.

Les Etats tenaient les cordons de la bourse des sujets, et nul impôt direct ou indirect ne pouvait être établi sans leur consentement.

Cette dernière prérogative des Etats était une garantie de liberté politique nationale.

Grâce au vote libre des subsides, les Etats obtenaient le redressement des griefs ²⁾ :

1) ils recevaient le serment du chancelier de Brabant, des conseillers et officiers du Conseil ;

2) ils donnaient des lettres de Brabantisation aux étrangers ;

3) ils avaient le droit de refuser d'obtempérer aux dépêches non signées par le Gouverneur-général, et de passer outre aux ordres du Conseil privé ³⁾.

P. LENAERTS, o. Praem.

Parc.

DIARIUM ACTORUM STATUUM GENERALIUM BRABANTIAE AB A° 1648-1682.

SCRIPTUM MANU PROPRIA LIBERTI DE PAPE, ABBATIS PARCENSIS,
DEPUTATI ORDINARII.

A. P. R. VII. 71.

f° 1. — Notulae eorum quae in congregationibus Statuum facta sunt — scriptae per f. Libertum, Abbatem Parchensem ⁴⁾.

Anno 1648, 7 aprilis, pro prima vice comparui in congregatione Statuum et ex parte Archiducis ⁵⁾ proponebatur per Cancellarium ⁶⁾, quatenus vellent consentire in voluntario munere, et dare pro semel tantum absque consequentia, 12 stuferos de singulis bonnariis terrae arabilis et pascualis, et 24 stuferos de singulis bonnariis sylvarum, et ubi terrae essent elocatae, dividerent onus, proprietarius cum conductore, ubi vero non essent elocatae, totum ferret proprietarius,

²⁾ It., o. c., II, 589.

³⁾ It., o. c., II, 199.

⁴⁾ Libert de Pape, prélat du Parc, de 1648 à 1682.

⁵⁾ Archiduc Léopold-Guillaume, gouverneur-général de 1647 à 1656.

⁶⁾ Ferdinand de Boisshot, comte d'Erps, baron de Saventhem, etc. chancelier d'octobre 1626 à 1649. Arthur GAILLARD, *Le conseil de Brabant*, t. III, p. 340.

simili condicione postulabat quinquagesimum nummum eius quo annue valebant, vel valere possent domus elocatae.

Illa sessione nihil huit resolutum, sed oblocutum eo quod proposito nimis esset adstricta et limitata, et fieret gallico idiomate, cum fieri deberet flandrico, et judicatum est, ut propositio transferretur in flandricum.

Postea cum plures adessent, qui necdum prestiterant juramentum emitti solitum, inter quos etiam ego computabar, luserunt mihi insignem scilicet farsam, quam die sequenti tantum terminarunt, et ego circa horam duodecimam vocatus, ad juramentum sum admissus; et quia instabant jam feriae sacrae majoris hebdomadae, quisque ad propria reversus est, petita prius ab Archiduce licentia, et obtenta, hac condicione ut feria tertia paschali, quae erat 14 aprilis Bruxellam reverterentur.

Interim in solatium parvarum urbium ut presidarii prodirent in campum et militibus stipendium solveretur, Prelati consenserunt mutuare Statibus ob defectum pecuniarum 27.000 et in eo numero, si bene memini, episcopus Mechliniensis ⁷⁾ numeravit 5000, episcopus Antwerpiensis aberat ⁸⁾, Abbas Flidderbacensis ⁹⁾, nihil, Villariensis 1000 ¹⁰⁾, S. Michaelis 4000 ¹¹⁾, Grimbergensis 4000 ¹²⁾, Paracensis 1000, Heylissemensis aberat ¹³⁾, Averbodiensis 4000 ¹⁴⁾, Tongerloensis 5000 ¹⁵⁾, Diligemensis 2000 ¹⁶⁾, Gertrudanus 1000 ¹⁷⁾.

f^o 1^{vo}. — Anno 1648. — 15 aprilis iterato, paucis immutatis, precedens propositio fuit proposita, et denuo fuit rejecta, tamquam nimis limitata, et affinis petitioni nummi decimi, de quo aut alio non petendo, legebatur diploma Caroli Quinti; item, secundo, quod illa petitio non posset annui ante conclusionem subsidii precedentis, ne fieret confusio et nimia exactio; restabant enim, ut dicebant,

⁷⁾ Jacques Boonen, archevêque de Malines, de 1620 à 1655.

⁸⁾ Gaspar Dubois, évêque d'Anvers depuis 1634; archevêque de Cambrai en 1652.

⁹⁾ Pierre Scribs, abbé de Vlierbeek, de 1630 à 1653.

¹⁰⁾ Henri Vander Heijden, abbé de Villers, de 1620 à 1647.

¹¹⁾ Jean Chysostome van der Sterre, prélat de Saint-Michel à Anvers de 1629 à 1652.

¹²⁾ Christophore Outers, prélat de Grimbergen, de 1613 à 1647.

¹³⁾ Jean Raulers, prélat de Heijlisse, de 1645 à 1661.

¹⁴⁾ Nicolas Ambrosi, prélat d'Averbode, de 1635 à 1647.

¹⁵⁾ Augustin Wichmans, prélat de Tongerlo, de 1644 à 1661.

¹⁶⁾ Martin van den Hecke, prélat de Dilighem, de 1645 à 1662.

adhuc solvendi 200.000 ; tertio, quia Receptores Statuum ¹⁸⁾ nimis essent aere alieno gravati, adeoque eis tempus dandum esse respirandi, alias si perderent fidem suam, quam fere amiserunt Status, in posterum nullas posse haberi pecunias, ultra injuriam quae irrogaretur Receptoribus, qui fidem suam in favorem Statuum obstrinxerant.

16 aprilis : Cancellario, qui precedenti sessione aberat, fuit responsum ut die precedenti fuerat resolutum ; ipsoque recedente, resumptus fuit discursus a D. Edelheer ¹⁹⁾ de abrogandis licentiis in Scaldi etc. et resolutum, ut instanter et perseveranter res illa urgeretur apud Archiducem, tamquam talem a qua pendeat tota salus et conservatio patriae, habita pace cum Hollandis.

17 aprilis : pro executione hesternae resolutionis deputati fuerunt Reverendiss. Antwerpiensis, Comes Furteijn ²⁰⁾, et Pensionarius Edelheer, et simul tractatum fuit pro completionem subsidii ultimo concessi, de quo adhuc restabant solvenda circa 200.000 sed nihil fuit determinatum.

18 aprilis : duo primi Status considerantes gravissimam necessitatem patriae et quod civitates nullo modo aut non nisi longo tractu temporis essent inducendae ad complendam summam praefatam, dimisso tertio statu, ceperunt inter se consultare de modo supplendi, et quisque in particulari tam prelatorum quam nobilium reclamante contra iniquitatem civitatum, imo Abbate Gertrudano protestante quod non consentiret, ne ratione iniquitatis aliorum animam suam etc. perderet ; consenserunt quod duo primi status supplerent defectum civitatum, et deliberatum

f^o 2. — fuit de modo, sed nondum resolutum ; neque consensum suum voluerunt adhuc intimari Civitatibus sive tertio statui.

22 aprilis, cum duobus precedentibus vicibus abfuissem, adhuc tamen disceptatum fuit de suppletionem 200.000 florenorum ultimi subsidii ; et duo episcopi cum RR.DD. Flidderbancensi, Villariensi

¹⁷⁾ Winand de la Margelle, abbé de Sainte-Gertrude (Louvain), de 1644 à 1664.

¹⁸⁾ En Brabant la mission de Receveur-général du domaine consistait à veiller à la perception des tonlieux, à conserver et à faire rentrer les rentes et cens dus au domaine du prince ; le receveur-général et ses hommes avaient l'entretien des voies publiques, rivières, ponts, etc. POULLET, *Histoire politique nationale*, t. II, n. 240.

¹⁹⁾ Jacques Edelheer, jurisconsulte et littérateur, né à Louvain le 28 février 1597, mourut à Anvers le 23 juin 1657, *Biographie Nationale*, t. VI, col. 450.

²⁰⁾ Je n'ai pu identifier ce personnage.

et Grimbergensi, una cum nobilibus Comitibus Ursel ²¹⁾ et Furteijn et Barone de Wemmel ²²⁾ declararunt ut totum subsidium 500.000, in quo suppletio comprehenditur, inveniretur per viam duplicatae precariae : alii vero Abbates S. Michaelis, Parchensis, Tongerloensis et Gertrudanus resolvebant ut suppletio tantum levaretur per viam ordinariae precariae, reliquum vero quod per anticipationem jam solutum erat, relinqueretur in eis terminis in quibus prestitus fuerat consensus, ut scilicet levaretur partim super ordinaria precaria et partim supra consumptiones.

Sed insuper antequam hoc mandaretur executioni inventum est bonum, ut primum Archiduci exhiberentur querelae et conaretur inducere Civitates ad equitatem prestandam in subsidio, ne per malam consequentiam semper sic omne onus derivaretur in prelatos et nobiles.

23 aprilis : Exposuit Graffiarius ²³⁾ querelas quas exhibuerat Archiduci super factionibus Lotaringorum in Genape et Principis Darmstadt ²⁴⁾ in Gemblours.

Deinde resumpta fuit difficultas diei precedentis, et quia Prelati discordaverant, conati sunt eos inducere in uniformem sententiam, et quia non videbatur exitus, tandem omnes in eandem sententiam descenderunt et permiserunt ut totum subsidium levaretur per viam duplicatae precariae.

Denique deliberatum fuit an hoc Archiduci revelaretur, et resolutum fuit, quod sic, sic tamen ut non omnino aperte diceretur, sed ad malas consequentias evitandas ipsi diceretur ut nova instantia urgeret Civitates ad equitatem, et quia res illa in longum esset abitura,

f^o 2^{vo}. A^o 1648. — nos sperare rem composituros ; hoc tamen Princeps nulli indicaret, ne Civitates ludibrio nos exciperent,

24 Aprilis. Rmus Antwerpiensis qui resolutionem hesternam Archiduci exposuerat, seriem suae expositionis retulit, et preterea nihil factum est, nec discussum, sed usque ad duodecimam horam, varia nova et alia conferebantur.

²¹⁾ Conrard, comte d'Ursel et du Saint-Empire, baron de Hoboken, etc. BUTKENS, *Trophées du Brabant*, supplém. I, p. 280.

²²⁾ Engelbert Taye, baron de Wemmel. BUTKENS, o. c., supplém. I, p. 328.

²³⁾ Jean Michiels, chevalier et conseiller de S. M. de 1616 à 1660. BUTKENS, o. c., supplém. I, p. 230.

²⁴⁾ Le prince de Darmstadt, Georges II, landgrave de Hesse-Darmstadt, né en 1605, mort 1661. MORERI, *Grand Dictionnaire Historique* (Paris, 1659), p. 654.

27 aprilis : Congregatio Statuum habita fuit in domo Archiepiscopi Mechliniensis, et ex parte Archiducis pro sopianda difficultate et complenda formalitate ad evitandas malas consequentias, missi fuerunt DD. Cancellarius, Comes de Isenburch ²⁵⁾ et Kintscott ²⁶⁾, et repetitione difficultatum facta, admissus est tertius status, et per bona verba conati sunt eum inducere ad equitatem, sed cum protestarentur se non posse immutare resolutionem sui magistratus, dimissus est, et post eorum abcessum, prefati tres delegati conati sunt inducere duos primos status ut rem vellent componere inter se et sic abierunt ; tum duo primi status, quod jam ante preconceperant resolverunt, hac tantum conditione ut Archidux actam daret de non trahendo in consequentiam quod ex bonitate resolutum erat, et in posterum hoc amplius non fieret ²⁷⁾.

12 maii : Facta convocatione generalium Statuum per Cancellarium ex parte Archiducis Leopoldi, fuit petitum quatenus pro solutione militum vellent in singulos menses « pro impostis » consentire summam 50.000, et brevi facta protestatione contra exactionem curruum 92, quos Archidux, non recognitis Statibus, conscribi curaverat pro vectura victualium etc. exercitus, item ruinae patriae per Lotaringos, abscedente Cancellario, brevi facta consultatione, consenserunt ut mensibus singulis darent quantum

[In margine : Imposten]

f^o 3. — menstruatim excesserent Portee, idem, quantum ferrent menstrue impostae, quae ad medium annum ascendunt ad 200.000 R.

13 maii : in presentia Cancellarii lectum est instrumentum consensus primi et secundi status super petitione Archiducis in impostis,

Insuper propositum fuit Cancellario quantas fierent fraudes in solutione impostorum, et quod cutores monetae Antwerpiae, ubi a

²⁵⁾ Ernest, comte d'Isenbourg et de Grengau, etc., chevalier de la Toison d'or. BUTKENS, o. c., supplém. I, p. 201.

²⁶⁾ François de Kinschot, seigneur de Rivière et autres lieux ; trésorier général des finances en 1639. Nommé conseiller d'Etat le 2 mars 1643, il fut promu à la dignité de chancelier au mois de décembre 1649. Il mourut le 5 mai 1651. GAILLARD, o. c., t. III, p. 340.

²⁷⁾ Le régime financier trahit les progrès accomplis, dès le début du XVII^e siècle, par le pouvoir monarchique. En fait, le principe de l'impôt permanent, inauguré par le duc d'Albe, a triomphé. L'aide annuelle, suivant la cote de chaque province, était de 3.600.000 florins, mais l'aide permanente, ou, comme on disait, l'aide ordinaire ne couvrait pas les dépenses de l'Etat : alors les Etats consentent des impôts extraordinaires, et à l'époque qui nous occupe, ils ne manquent pas. Henri PIRENNE, *Histoire de Belgique*, t. IV, pp. 397 suiv.

principe solum obtinuerant 150 amas vini in annum, quas consumere possent absque solutione impostorum, ipsi computarent bene 500 aut 600 amas in magnam fraudem impostorum, ideoque propositum fuit utrum non conveniret illud exponere Archiduci, et querelas deponere de Consilio Brabantiae, quod statim concedet suspensionem executionis in illa materia, et utrum non deberent questiones primae de impostis exortae referri ad magistratum loci, qui illarum rerum haberet experientiam ? et in omnibus responsum est affirmative.

Deinde propositum fuit utrum non conveniret ad omnes fraudes in impostis vini excludendas, quod impostae solverentur ad ipsum introitum vinorum et mutua correspondentia Flandriae et Hannoniae etc. casu quo vicissim vina exportarent et transferrentur, darentur scedae de persolutis impostis ? et responsum est, hoc fore tentandum.

14 Maii : resoluta fuit difficultas pridie mota ex parte Lovanien-sium ratione nuperi extraordinarii subsidii 500.000 R., qui conquerebantur de injuria quae ipsis fieret, quod tantum solvere cogerentur, ubi Bruxellenses et Antwerpienses deessent ; et resolutum fuit, ipsos debere persistere in primo suo consensu, quominus

f^o 3^o. A^o 1648. — admitterent quod eis fieret injuria, proinde ne exacerbarentur, qui semper promptiores esse solebant, addebant inducendum principem quatenus eis fieret aliqua remissio.

Insuper ratione propositi hesterni de consumptione vini in moneta Antwerpiensi, lecta fuit sceda Receptoris Parijs, quod in communi moneta imposuissent spatium medii anni 230 amas aut circiter, et pro privato suu usu 30 amas, ubi non dubitaretur, quod vix aut non consumpsissent 20 amas in universum.

Denique exposita fuit difficultas quam habebat D. Diligemensis cum Domino temporali Jettensi ²⁸⁾, ratione cujusdam calangiae factae contra custodem silvarum suarum, et ostensum hoc esse contra privilegia Prelatorum, quae inter cetera habent, quod ipsorum famuli et villici, non possint citari quam coram forestario sive den Warantmeester ²⁹⁾. Idem rogati sunt Prelati, quatenus vellent se jungere cum D. Diligemensi ; quod et fecerunt.

f^o 4 et 5 nihil.

²⁸⁾ Voir note 26. BUTKENS, o. c., supplém. I, p. 382.

²⁹⁾ Le Warantmeester était Louis le Comte, seigneur d'Orville, etc. mort en 1651. BUTKENS, o. c., supplém. II, p. 249.

f° 6. — A° 1649. — 19 Novembris congregati fuere Status generales ex occasione obitus D. vanden Crujcen ³⁰⁾ Thesaurarii, et propositis variis difficultatibus in quibus Brabantia ratione presidiorum et Lotaringorum se inveniebat, conclusum fuit Archiduci illas debere demonstrari, et in illum finem deputati fuere RR. Abbates S. Michaelis et ; Nobiles, Marchio de Westerloo ³¹⁾ et Comes Grimbergensis ³²⁾, et de quaque civitate unus.

20 Novembris, propositum fuit num officium Thesaurarii ³³⁾ deinceps conferendum esset necne, et discrepantibus opinionibus, ex pluralitate vocum duorum primorum Statuum conclusum fuit quod conferendum esset.

22 Novembris, facta congregatione, expectabatur responsum ab Archiduce, sed nullum venit, et quia serius erat aliquid aliud agendi, qui festinabant pro conferendo officio Thesaurarii, inconsultis Civitatibus, in electionem volebant procedere, et in eum finem condicebant congregationem pro hora 4^a pomeridiana ; tuncque nonnulli valde acriter instantes pro facienda collatione, petitis suffragiis, iterum pluralitas vocum obtinuit ut tum conferretur, at quia aliquibus incongruum id visum fuerit, modus querebatur quo electio pro illa hora impediri posset, et in crastinum differri, itaque disputari cepit de modo eligendi et varia allegando tempus protrahabatur, et quia Archiepiscopus parum expectari petierat quoadusque libellus supplex sui nepotis adferretur, de industria suppressus fuit, et varii taedio morae affecti, de discessu meditari ceperunt et iam illi qui resolverant illa hora debere conferri, et

f° 6^{vo}. — 1649. — tandem inexpectatus circa medium septimae intrat Dux Arschotanus ³⁴⁾ declaratque se et aliquot nobiles absentes non estimasse pomeridianam hanc congregationem instruendam fore pro electione Thesaurarii, sed tantum pro obtinendo Archiducis responso et deliberatione desuper facienda, et hinc, arrepta occasione, illi qui electionem differri desiderabant, et qui jam discessum meditati fuerant, congregationem solverunt, vocum pluralitate exigente

³⁰⁾ Je n'ai rien trouvé sur ce trésorier.

³¹⁾ Philippe de Mérode, marquis de Westerloo. BUTKENS, o. c., supplém. I, p. 315.

³²⁾ Godefroid de Berghes, comte de Grimbergen. BUTKENS, o. c., t. II, p. 260.

³³⁾ Le trésorier général des Finances faisait partie du Conseil des Finances, on le prenait parmi les gens rompus aux affaires ou au haut commerce. POULLET, *Histoire politique nationale*, t. II, n. 602.

³⁴⁾ Philippe-François de Croy, duc d'Aerschot, décédé à Bruxelles, en 1674.

dilationem in crastinum, freudentibus illis, qui tam acriter pro electione tum facienda institerant, at ego providens difficultates futuras Parchum sum reversus.

23 Novembris. Congregatione hora consueta facta, tertius Status petiit audiri antequam duo primi Status ad electionem Thesaurarii procederent, quod cum aliqui de duobus primis Statibus recusare vellent, pluralitas vocum eis audientiam concessit; itaque tertius Status protestatus est contra futuram electionem, si illa fieret antequam tertius Status opinionem suam dedisset an Thesaurarius unus eligendus foret necne.

Hac ex occasione inter duos primos Status deliberatum fuit num opinio tertii Status expectanda foret antequam ad electionem procederetur, et cum suffragia diversa essent, tandem conclusum est registra revideri debere quomodo alias in simili actum fuisset antequam procederetur, et in eum finem in crastinum est indicta congregatio.

1^o 7. — 24 Novembris : revisis registris, inventum est quod tertius Status etiam deberet audiri quoad futuram electionem, ratione cujus permiserunt duo primi Status ut libelli sollicitantium in ejus etiam presentia legerentur, sed id tertius Status recusavit, cum vellet officium suppressere, de quo variis exortis verbis et satis duris, tertius Status ultronee exivit et se subtraxit, et burgimagister Antwerpensis ³⁵⁾ porrexit opinionem suae civitatis quatenus officium supprimeretur. — quibus non obstantibus, duo primi Status in nostra absentia (quam studiose feceram) processerunt et elegerunt D. Receptorem van Assche — et eadem die post meridiem civitas Bruxellensis opinata est officium debere suppressi.

Et negotium sic permansit, incidentibus aliquando novis discursibus de suppressione et collatione.

23 Decembris : D. Kintscots novus Cancellarius suffectus in locum D. Boisshot, prestitit juramentum Statibus, etc.

De post deputati duorum primorum Statuum, convocatis aliquot vicinioribus, quorum aliqui adeo fuerant precipites in conferendo officio Thesaurarii, dederunt actam tertio Statui, qua declarabant, se prefatam collationem officii Thesaurarii tenere pro nulla et irrita, eo quod tertius Status non fuisset auditus — sed notandum quod inter votandum num officium Thesaurarii, inauditis Civitatibus con-

³⁵⁾ Il étaient deux : le chevalier Henri van Halmale et le chevalier Alexandre Goubau. BUTKENS, o. c., t. II, p. 525.

ferendum esset necne, in utroque Statu, ii qui conferendum putabant, tantum uno suffragio superaverunt.

f° 8. — A° 1650. — Facta fuit congregatio Statuum pro audiendis opinionibus Civitatum super subsidio millionis anno 1648 proposito — cui congregationi non interfui, et nihil particulare actum fuit, nisi quod die sequenti, deputati fuerint Episcopus Antwerpiensis et Dux Arsכותanus et unus de tertio Statu, ut exponerent Principi et conquererentur destructiones patriae per militem Lotaringi, etc. — et eodem die audientiam obtinere nequiverunt, sed dilata in diem sequentem.

14 Februarii, facta congregatione Statuum, explicatis aliquot patriae necessitatibus, lectus fuit consensus Antwerpiensium super creatione novi Thesaurarii, sed quia necdum advenerat consensus Lovaniensium et Bruxellensium, nihil actum fuit.

Hac die pro prima vice comparuit novus Abbas S. Bernardi ³⁶⁾ ad Schaldim, et cum deberet prestare juramentum, quod more solito excipit Archiepiscopus, quando presens est, hac vice idipsum facere recusavit, protestans se illius juramentum recipere nolle qui se a Statibus moliretur eliminare, timens scilicet quod in fieri erat, ne Affligimienses eum eliminarent, sicuti S. Bernardi ad Scaldim eliminaverant Episcopum Antwerpiensem.

f° 8^{vo}. — 1650. — 15 Februarii. Aliquantulum expectato consensu Bruxellensium, tandem etiam consenserunt, sub his condicionibus : 1) crearetur Thesaurarius sub onere sequendi et observandi instructionem ei dandam ; 2) ut faceret magnum juramentum, nihil scilicet eum promisisse et dedisse pro obtinendo officio ; 3) ut quando de successore ageretur, iterum poneretur in deliberatione utrum creandus esset necne, eo quod principalis ratio unum Thesaurarium creandi esset, quatenus sub suo creditu aliquot nummos levare posset in subsidium patriae — et in has condiciones omnes facile consenserunt quia duas primas presupponebant.

Itaque, tertio Statu se retrahente, duo primi Status processerunt ad electionem quam scripto fecerunt, et concorditer ac unanimiter elegerunt D. Norbertum van Assche.

Deinde ad lucrandum tempus, consentientibus in hoc Civitatibus, ut quidam dicebant, in locum D. van Assche sive in Receptorem quarterii Bruxellensis elegerunt D. vanden Velden, et cum omnes

³⁶⁾ Josse Gillis, abbé de 1649 à 1660. VAN DONINCK, *Obituarium monasterii Loci S. Bernardi*, p. 31.

Abbates essent presentes, 4 Abbates dederunt suum suffragium D. Roberto Ries, alii vero 8, D. vanden Velden, secundus vero Status unanimiter qui erant 6 numero, elegerunt D. vanden Velden.

16 Februarii, cum aequaliter in lucem prodiiisset D. David vanden Velden in locum van Assche assumptum esse, et hoc fieri nequiret eo quod Civitates necdum in personam van Assche pro The-saurario consensissent, et sic locus seu officium receptoris necdum vacaret

f^o 9. — 1650. — pro observanda omni justitia, et ne forte Civitates inde etiam offendiculum sumerent, quarum duae protestabantur se in hoc non consensisse, ipsis presentibus deliberatum fuit num ad electionem receptoris procedendum esset, et illis dicentibus, quod sperarent non futuram difficultatem contra D. van Assche, iterato libellis supplicantium coram tribus Statibus lectis, qui tantum duo erant, retrahentibus se Civitatibus, duo primi Status electionem hesternae die factam confirmarunt.

Eadem die censuerunt Archiducem adeundum, eo quod jam aliquot nummos pro solutione unius mensis paratos haberent, ac hoc illi insinuandum et, scilicet ac principaliter rogandum quatenus impedimenta retardantia subsidium, scilicet licentia³⁷⁾ etc. amoveret et modum imponere dignaretur ne milites tanta nocumenta sylvis inferrent, et in eum finem deputati sunt Abbas Grimbergen-sis³⁸⁾, Comes Furteijn, Pensionarius Edelheer una cum Graffiaro.

De post facta aliqua congregatione viciniorum de Statibus requisiverunt ut D. van Assche et vanden Velden prestarent den grooten eedt, in quo comprehenditur quod jurent se nihil dedisse pro obtentione officii etc. et post longam tergiversationem, quam aliqui etiam de Statibus fovebant, dicentes nullos requirere illud juramentum quam Bruxellenses etc., tandem uterque juramentum prestitit — isti congregationi non interfui.

³⁷⁾ Les « licentes » aident efficacement la pénurie du trésor. Leur institution remonte au duc d'Albe. Sentant l'impossibilité d'interdire complètement le commerce avec les provinces rebelles, le duc l'avait subordonné à la perception d'une taxe payée à la sortie et à l'entrée des marchandises. Les Hollandais s'approprièrent aussitôt la mesure. Transitoire à l'origine, elle devint permanente grâce à la continuation de la guerre. On peut la considérer comme le point de départ de l'organisation douanière, tant dans les Provinces-Unies que dans le Pays-Bas catholiques. Elles furent abolies après la paix de Munster, mais les Hollandais les ayant conservées, il fallut les rétablir. PIRENNE, o. c., t. IV, p. 399.

³⁸⁾ Charles Fernandez de Velasco, abbé de Grimbergen de 1647 à 1665.

f° 9^{vo}. — 1650. — 28 Martii, facta convocatione Statuum, D. Kintscott, Cancellarius fecit propositionem pro habendis impostis ³⁹⁾ unius anni integri ad non semper iterandam propositionem et evitandum multas difficultates et postergationes quae inde solent cau-ari, et ubi hactenus olum petierant 50 millia per mensem, et tamen non nisi proventus impostarum habuerant, nunc petebatur per mensem 60 millia.

Item simul proponebat quod etsi licentiae non possent abrogari ob varias rationes quas allegabat, tamen illas princeps abrogaret dummodo ei concederent aliam impositionem pro quinque tantum aut sex annis, quae causare posset circa 15 centena millia florenorum, et tertiam illius partem Princeps concederet Statibus in solutionem suorum debitorum.

Super hoc ultimum punctum aliqua contulerunt et dividerunt in presentia Cancellarii, post illius autem abcessum, indicabatur talis esse propositio quae proponi minime deberet plebi ; eo quod prorsus haberet principia contraria illis quibus jam a biennio licentas impetierant.

In presentia autem Cancellarii ipsi explicarunt et exaggerarunt factum Consilii Brabantiae quod nuper conscripserat currus in subvectionem granorum Luxemburgum versus, non agnitis Statibus, et quod desuper fuissent personaliter conquesti principi tamquam factum contra privilegia patriae, et desuper exhibuissent requestam et nullam reciperent responsum, et in conscriptione adjecta fuisset clausula sub indignatione Principis et incursu corporalis castigationis, nisi in prestatione curruum obtemperarent, — quod ultimum valde exaggerarunt

f° 10. — et petierunt illam clausulam revocari, tamquam irrationabilem et contra privilegia patriae, eo quod nullus castigari deberet nisi peccans, non prestando autem non peccassent, eo quod non legitimo modo essent conscripti, et conscribi non possent, nisi previa petitione a Statibus facta, etc. et in diem sequentem est indicta congregatio.

30 Martii, resumpto colloquio de secunda propositione hesterna die facta, deputarunt quosdam ex quoquo Statu, qui convenirent

³⁹⁾ Tout bien considéré, les impôts de toute nature payés par la Belgique durant la première moitié du XVII^e siècle ne furent point aussi écrasants qu'il pourrait sembler à première vue; néanmoins, en général, la situation financière fut déplorable... les avances faites par le trésor à l'armée rendaient impossible une comptabilité régulière. PIRENNE, o. c., t. IV, p. 400.

D. Comitem Isenburch tamquam Caput Finantiarum, et D. Cancellarium ac illis demonstrarent impertinentiam illius propositionis, et quod per illam omnino retardaretur consensus subsidii tam diu jam desideratus.

31 Martii, facta relatione hesternae commissionis, resolutum fuit hoc ipsum in scriptis remonstrare Archiduci, et ut majori pondere hoc fieri posset, et expectarentur absentes, scriptum ex nunc conciperetur et ordinaretur, et prius omnibus presentibus prelecto, tum Archiduci exhiberetur.

4 Aprilis, facta congregatione Statuum, nihil speciale actum fuit ex eo quod pridie aliqui ab Archiduce vocati essent, qui oretenus eum informaverant de eo quod hodie in scriptis ei presentare putabant, et eis addixerat quod favorem resolutionem de abrogatione licentiarum eis afferre perinde speraret.

5 Aprilis, ex eo quod nondum dictam resolutionem acceperant, nihil de eo factum fuit — sed lectus fuit libellus supplex D. de Herselles ⁴⁰⁾,

f^o 10^{vo}. — Drossardi Brabantiae, qui exponebat paucitatem suorum militum etc. et ex parte Statuum ei addicti sunt 40 equites et 60 pedites, illis simul sumptis, quos de facto habebat, hoc salvo quod juxta circumstantias temporis Status possent numerum augere et diminuere, et lustratio fieret coram commissariis Statuum.

Deinde lectus fuit supplex libellus D. prepositi Soignienensis, postulantis assistentiam et eleemosinam pro hospitali militum in Mechlinia, et variantibus votis, pluralitas estimavit se id facere non posse propter insufficientiam mediorum, et quod hospitalia Lovanii, Bruxellae et Antwerpiae valde essent in posterioribus et media non invenirent ad intertentionem eorundem, et Belgas extraneis preferendos esse.

Denique, Congregatione Statuum dissoluta, Abbates junxerunt se Abbati Heijlissemsi in lite contra diversos pagos qui pretendebant solum dare decimas quatuor specierum grani, non vero aliarum, etc. hac conditione quod Abbatissae et capitula etiam se jungerent, et nos ferremus mediam partem sumptuum, reliquam vero medietatem ferret ipse Abbas Heijlissemsis.

6 Aprilis, duo primi Status consenserunt in precariam extraordinariam pro medio anno inchoandam 1^o Junii, item tres Status ut invenire possent pecunias pro solutione militum, qui ex promissione

⁴⁰⁾ Chevalier Philippe de Herzelles. BUTKENS, o. c., supplém. I, p. 164.

Archiducis quam primum erant ducendi in campum, judicarunt scribendum esse maieris quarumlibet quarteriarum pro anticipatione unius tertiae partis, ne milites forte ob negatam solutionem ponerentur super plattam patriam etc.

f° 11. — 14 Junii, congregati sunt Status per litteras Graffarii convocati; Cancellarius qui putabatur venturus, non comparuit, et lecta fuit epistola Archiducis qui hortabatur Status ad imponendum finem subsidii millionis jam a duobus annis petiti; item lectum fuit responsum ejusdem super conditiones per duos primos Status adjectas in consensu super extraordinaria precaria, quod non adeo satisfacit, et desuper loqui decreverunt Cancellario.

15 Junii, explicatum fuit Cancellario responsum Archiducis super conditiones etc. prescriptas non satisfacere, interim post ejus discessum ob rationes conclusum fuit ut non fieret iterata instantia, sed remitteretur ad tertium Statum.

Item eidem expositum fuit quomodo quidam nomine Francorum diversas instituerent excursions in confinibus leodiensibus et varios captivarent, et resolutum ut in scriptis exhiberetur remonstratio Archiduci, cum mediis quibus posset obviari.

17 Junii, in congregatione nihil actum fuit ob defectum responsi Antwerpiensium, quod expectabatur.

18 Junii, etiam nihil peculiare actum, sed tantum lectus fuit libellus supplex Tenensium cum rationibus fiscalis, ut provideretur contra nebulones, qui pretextu vel nomine Francorum varias instuebant excursions et quotidie accrescebant.

f° 11^{vo}. — 22 Junii, D. Edelheer exposuit prosecutionem suam quam fecerat in Hollandia super retorsione precariarum, et ostendit tum procul esse deductam, quod Status provinciae Hollandiae definerint earum executionem esse suspendendam, et rem ad cameram bipartitam ⁴¹⁾ esse remittendam — item exposuit quomodo laborasset super divisione reddituum Statuum Brabantiae, quatenus ipsi, ratione Silvae Ducis, Bredae et Bergae, etc. partem reddituum deberent ferre, sed Hollandi decreverunt nihil in eo agere, nisi primo eis exhiberentur computus integri predictorum reddituum, et duas alias adhuc difficultates infra scriptas movebant; scilicet quod eis solverentur et satisfaceret de redditibus ab illegitimis Statibus tempore turbarum,

⁴¹⁾ Chambre mi-partie, composée de huit conseillers du côté de la Hollande et de l'Espagne pour dirimer les litiges après la paix de Munster. PIRENNE, o. c., t. IV, p. 286.

anno 1582 creatis et ab ipsis usque modo solutis — item quod eis satisfaceret de redivisibilibus confiscatis cum omni suo interesse.

23 Junii — quia secundum calculum Hollandorum tantum fere importarent duae prescriptae difficultates quam capitale reddituum quod eis imponere nitebamur pro rata patriae quam possidebant, resolutum fuit nequaquam eis dandos esse computus postulatos, ne quid veneni inde contra nos forte sugerent, nisi prius duas pretensas difficultates relinquerent et eis renuntiarent, et in eum finem judicatum est D. Edelheer remittendum esse, ut hoc eis proponeret, etc.

Eadem die, Abbates convenerunt in domo Archiepiscopi, super negotio provisionis abbatis Postulanae ⁴²⁾, orbatae parente per subitanam mortem prelati in domo Tongerloensi, Bruxellae, ex fluxu catarri causatam, et quia periculum erat in mora conclusum fuit rem geri deberi, sicuti ultima acta fuerat

f^o 12. — scilicet ut D. Fresin qui bona fortuna Bruxellam venerat, juxta formam Ordinis, si tempestive D. Abbas Floreffensis ⁴³⁾ haberi non posset, Postellam tenderet, et electionem reciperet et confirmaret.

Item actitatum fuit de eruendis aliquot piis locis ab Hollandis occupatis, et simul de solvendis expensis residuis per D. Pastorem de Halteren, Hagae Comitibus factis, ascendentes ad 1120, ubi offendi Episcopum Antwerpiensem rogando quis eum misisset, et me de ejus missione nescire — et resolutum fuit ut solveretur.

[In margine : De post facta est repartitio ut sequitur, me absente.

Mecliniensis : 100-0 ; Antwerpiensis : 150-0 ; Fliderbacensis : 30-0 ; Villariensis ⁴⁴⁾ : 50-0 ; S. Bernardi : 125-0 ; Floreffensis : 100-0 ; S. Michael : 100-0 ; Grimbergensis : 50-0 ; Parchensis : 60- quas solvi sub protestatione ; Heijlisse : 50 ; Averbodium ⁴⁵⁾ : 100 ; Tongerlo : 125-0 ; Dieligem : 30 ; Gertrudanus : 50 ; summa 1120-0].

25 Junii, lecta fuit et aperta opinio Lovaniensium et aliarum civitatum super subsidio millionis olim propositi, quae minime inter se concordarunt — illi non interfui.

27, lecta fuit opinio Antwerpiensium super extraordinaria precaria, in qua magna difficultas fuit reperta, ex eo quod primum membrum conditionaret quod exinde subtraherent summam quam

⁴²⁾ Corneille Boesdoncq, prélat de Postel de 1636 à juin 1650.

⁴³⁾ Charles de Sévery, prélat de Floreffe, de 1641 à 1662.

⁴⁴⁾ Robert de Namur, abbé de Villers, de 1642 à 1652.

⁴⁵⁾ Servais Vaes, prélat d'Averbode, de 1647 à 1698.

pridem Archiduci concesserat et ipse eis addixerat, quam tamen conditionem reliquis membris de civitate reticuerant et non manifestaverant, unde iudicatum fuit, quod subdole et cum falsitate apud reliqua membra egissent, quam difficultatem et fraudulentiam tum tegere vellent.

28 Junii, recuderunt et rescripserunt suam opinionem ad eum modum, ac si tota civitas in illam conditionem condescendisset, quod quia falsum erat, et conditio illa nullatenus permitti poterat propter malas consequentias et quod per illam minime diverterentur a solutione militum, ad quam tamen a sua origine destinabatur extraordinaria precaria, hinc quia nullo modo a quopiam estimabatur illa conditio admittenda, et primum membrum Antwerpiensium subdole cum reliquis

f^o 12^{vo}. — egisset, et deputati in hac parte et rei, timerent proponere quatenus hanc conditionem reliqui vellent cassare, deputatus est Episcopus Antwerpiensis quatenus hoc eis proponeret, ac consulere possent honori suo, alias Status resolvissent, nisi ipsi providerent, eorum fallaciam et fraudulentiam reliquis Antwerpiensibus et toti mundo manifestare, quod in grave eorum prejudicium honoris redundaret.

Eodem die, duo primi Status propter magnum periculum patriae et summam durtiam civitatum, et spes nulla erat quod viam levandi millionem quam statuerant mutarent, ipsi mutaverunt viam suam et consenserunt ut millio levare posset via ordinariorum preciarum, sicut Lovanienses et Antwerpienses constituerant.

1 Junii (sic), Episcopus Antwerpiensis reversus respondit et retulit magistratum nullo modo deflectere velle a conditione apposita, et duo primi Status post multos utrimque discussus resolverunt nequaquam illam conditionem admittere et declarare Cancellario et Principi quod illam conditionem non vellent admittere, et captivarent magistratum Antwerpiensem in sua singulari opinione, quod si sustinerent totam communitatem Antwerpiensem magistratui in dicta conditioe consentire, aut eam actu ad hoc inducerent, declararent non esse consensum duorum primorum Statuum in precariam extraordinariam dudum propositam — quam declarationem eodem die, me reverso Parchum, fecerunt.

4 Junii (sic), duo primi Status ut faciliterent subsidium millionis, et spes non esset inducendi Antwerpienses in opinionem duorum primorum Statuum, ut nimirum illud subsidium

f^o 13. — levaretur per 20mum nummum etc. sed una cum Lo-

vaniensibus levaretur via ordinariorum preciarum, duo primi Status condescenderunt in opinionem eorumdem, modo Bruxellenses, qui antea cum duobus primis Statibus conformes erant, jam etiam in hanc mutationem condescenderent.

Eodem die deputarunt ex unoquoque Statu unum qui irent una cum Graffiariorum ad Principem Valencenas ut serio agerent cum ipso de futuris hibernis presidiiis, ac casu quo non acciperent debitam assecurationem melioris ordinis quam precedenti anno fuerat, decernebant Status Regi in Hispaniam scribere et cunctos hujus Brabantiae miseras et disordines eidem explicare.

5 Junii (sic), ob mala nuntia, quorum heri tantum rumor fuerat et nunc certiorata, exercitus nostri ante Guisiam ⁴⁶⁾, qui fame coactus castrum deserere debuit, deputationem quam heri fecerant, revocarunt, eo quod importuni modo essent futuri, precipue et quod subsidium millionis necdum esset plene conclusum sicut nec consensus precariae extraordinariae.

Item gravissima fuit altercatio inter D. Edelheer et D. Comitem de Ursel, quae tandem totum fere corpus graviter turbavit, eo quod Antwerpienses registrari vellent suam protestationem quam rudi et inepto modo fecerant, sic ut duo primi Status unanimi consensu eandem nullo modo sic registrandam judicarent ; unde cum resolutio illa satis nerveose eisdem fuisset insinuata et quod nimis ea perstringerent duos primos Status, civitas Antwerpiensis, cui suffragabat Lovaniensis et speciatim D. Edelheer contra D. Ursel et Graffiarium sic exarserunt, ut de verbis pene ad verbera itum fuerit, et cubiculum verbis irarum plenis et minis incaluerit.

f^o 13^{vo}. — 16 Julii. — Ex occasione presentiae Archiducis, deliberatum fuit num inveniri posset modus sublevandi Brabantiam quoad presidium hiemale, et conclusum fuit nihil efficaciter fieri in eo posse nisi prius subsidio millionis concluso — interim Archiducem adeundum ut simul vellet per suos officiales Civitates rogare ad imponendum finem, et eadem opera explicarent ei miseras Brabantiae, etc. et deputati sunt Abbas S. Gertrudis, Comes de Erps ⁴⁷⁾ et burgimaster Lovaniensis ⁴⁸⁾ ; Item Conclusum fuit ut exponeretur Regi in Hispania miser status patriae, et deliberatum num ab Archiduce venia deberet peti ad scribendum Regi ⁴⁹⁾, et resolutum quod non,

⁴⁶⁾ Turenne s'est joint à l'armée espagnole, en avril 1650. De concert avec lui, l'archiduc Léopold marcha par Guise en direction de Paris. Il fallut battre en retraite sans avoir rien fait. PIRENNE, o. c., t. V, p. 10.

sed tantum dici deberet Archiduci, quod cum sua permissione hoc facerent in sublevamen ipsius et patriae.

18 Julii, relatio facta fuit eorum quae Archiduci exposuerant et quod ipse responderat, et quod grato animo accepisset quod in Hispaniam Regi scribere vellemus.

Item lectum fuit placetum epistolae quae mitteretur in Hispaniam, quod non adeo placuit, et mandatum Graffiaro ut aliam conciperet.

19 Julii, iterato lecta fuit minuta aliae epistolae prescriptae, quod iterum non placuit et demandatum fuit duobus aut tribus, ut secundum suam quisque capacitatem unam projectaret, ex quibus omnibus una posset conflari. Item lecta fuit requesta D. Le Mens alias Dyckgraeff, postulantis ut in subsidium aggeris exstruendi circa terras olim prope Antwerpias inundatas, gravare vellent Status quemlibet bovem Brabantiam intrantem ad 3 florenos et variae adducebantur in illum finem rationes, in dicta requesta, quae expositae fuerunt et unanimi consensu petitio rejecta.

20 Julii, conclusa est epistola cum requesta mittenda Regi in Hispaniam. Item missa fuit epistola ex parte Archiducis ad Status, requirens 29 currus usque Valencenas, etc. et communibus votis epistola rejecta fuit, quia non requirebat sed mandabat

f^o 14. — dicendo « vous engageons », et resolutum fuit, quod aliam epistolam scribere deberent, qua scripta postulatum Archiduci concederetur.

⁴⁷⁾ François de Boisshot. BUTKENS, o. c., supplém. I, p. 367.

⁴⁸⁾ François Daneels. DIVAEUS, *Annales Lovanienses*, liber IX, p. 101.

⁴⁹⁾ Philippe IV, roi d'Espagne, de 1621 à 1665.

(A suivre).